

falso, non dimidiato, non diviso, ut dimidiam cordis animique partem Deo detis, alteram diabolo, puta idolis et cupiditatibus. Veritas ergo hinc opponitur mendacio, superstitioni, hypocrisis, fictioni et simulationi. Ita Serarius.

(Corn. à Lap.)

VERS. 11. — UR FACIAM JUSTITIAS, id est, opera justa, pia, sancta. In Græco sic habet: *Et nunc, fili, abi ex Ninive, quoniam omnino erunt, quæ locutus est propheta Jonas. Tu autem serva legem et præcepta, et esto amator elemosynarum et justus, ut tibi bene sit; et sepeli me bene, et matrem tuam mecum: et non ultra manentis in Ninive. Fili, vide quid fecit Aman Achicharus, qui nutritiæ eum, ut è luce duxit in tenebris, et quanta retrivit ei. Et Achicharus quidem salvatus est, illi vero retributio data est, et ipse descendit in tenebras. Manasses in elemosynâ erat, et salvatus est de laqueo mortis, quem fuerunt ei: Aman autem incidit in laqueum, et perit. Et nunc, fili, vide quid elemosyna facit, et quomodo justitia liberat.*

Quis fuerit hic Aman, incertum est, certum est non fuisse Aman hostem Mardochei et Esther: hic enim Tobia longo tempore fuit posterior. Quis etiam fuerit hic Manasses ignoratur: aliqui putant fuisse maritum Judith; nam tempus consentit, sed locus dissentit, ait Sallanus; vixit enim Judith tempore Tobie, inquit ipse, sed in Bethulia Judææ; non in Ninive et Assyriâ, ubi vixit hic Manasses, de quo agit Tobias.

(Corn. à Lap.)

Pietatem, non istis tantum qui modo eorum astabant, insculptam voluit Tobias; sed in totâ etiam posteritate, quam idcirco sancti optant ut per eam Dei cultus honorque vigeat. *Filiis ergo vestris mandate, ut faciant justitias et elemosynas. Deinde, ut sint memores Dei, et vertit, benedicant eum. At quomâdi et quomodo? in omni tempore, in omni veritate, et in totâ virtute sua.* In Græco hæc uni tantum filio dici videntur, videlicet tanquam præcipuo, et aliorum qui aderant patri et magistro; insigne adhibetur exemplum Achicari, et Manasse cjudsam, quia fuerant ambo isti ab impio et ingrato Amâne in dignitatis et vitæ periculum adducti, pietate tamen et elemosynis evaserunt. Queritur de hoc ipso loco Ambrosius Pelargus in quâdam ad Erasmus Epistolâ, quæ incipit: *Quando vel Homerus.* « In Tobia, inquit (quem cum aliis aliquot tum veteris, tum novi Instrumenti libris prælegendum suscepi theologiæ candidatis) multa occurrunt frigida prorsus, et jejuna, plura item subobscura, in editione præsertim septuaginta Interpretum, ut me susceptæ provinciæ penè poeniteat. » Quid, Pelarge, ais? quid queris? Et ego, indignus licet, theologiæ candidatis prælegendum Tobiam suscepi, neque tamen quæ Dei gratia est, ejus provinciæ unquam poenituit. Subobscura quidem non pauca occurrerunt. Sed et in aliis divinarum Litterarum libris operatissima multa, frigida tamen et jejuna nulla penitus, quin et verum hic pyriten sentio, de quo lib. 4 de Dogmatibus Tertianus. Et miror, quomodo, quam 70 Interpretum editionem agnoscis, eam tuis istis et frigoris et jejunitatibus abundare censes? At ex omnibus quod te vel maximè torqueat, unum, quæso, propono. « Ad finem, ait, libri in hæc verba

« legatur. *Tobias de ei dicitur autem hinc est et ipse fuerit autem hic de eo quædam fuerit autem et sic dicitur. Anceps sum animi, quod sensus habet cum interpretetur, quod ignorem vocale et dicitur; significantiam. Interpres, nescio quis, ita locum vertit, quasi Aman alteri suo Achicharo pessimam retulerit gratiam, uic mirum quem è lumine in tenebras dixerit. » Verum hinc non liquet, utrum senserit interpretes (scilicet Achi) in tenebrosam conjectum carcerem, an orbatum oculorum luminibus. Obsecro ut, loco excuso, significes per puerum, qui tibi sensus magis probetur.*

« Quid ad hoc igitur Erasmus? « In Tobia, inquit, nihil dubito, quin mendium sit scribere. Nam Franciscus Asolanus scripsit sibi fuisse depravatissimum exemplar, quum libros istos excederet. Nec movere debet exemplariorum consensus, quum Argentianensis, imitatus sit Aldinum. » Rectè, mendium est. Sed quomodo emendandum? Tacet Erasmus, et tamen partim ex interprete quem viderat Pelargus, partim ex antithesi rō eorū; non erat hoc usque adeo collectu correctæque difficile. Ipsa ergo Septuaginta editio correctæ, librique alii, etiam quos secutus erat interpres à Pelargio citatus, non dicitur, sed dicitur habent, per quod nomen intelligitur carceris et egestatis, vitæque abjectioris tenebræ, cum ab istis tenebris salvatus postmodum et liberatus dicitur Achicharus, et in eadem ipse Aman detrusus. Quod enim viris bonis intriverat, excedendum ipsi fuit, prout in Amâne alio, eodecith Esther volumine.

« Cur eversa Ninive? — Causa ponitur vers. 15: *Vide, fili, quia iniquitas ejus finem dabit ei.* Nam, ut ait Prologo in Jonan D. Hieronymus, « ad Jonæ prædicationem actâ poenitentia, veniam consecuti erant Ninivites; postea vero in pristinis vitis perseverantes Dei in se provocarunt sententiam. » Fuerat Jonæ prædicatione non absoluta, sed cum conditione, nisi poenitentiam agerent, et per veniam à Deo propter poenitentiam, data urbis salus etiam cum conditione fuit, si in poenitentia et emendatione scelerum perseverarent. Hinc vers. 6: *Non enim excidit verbum Domini, quod secundum Jonam prædixerat.* Hinc verò intelligimus, unde bella, urbium excidia, regionum vastationes et depopulationes. *Justitia*, inquit Salomon, Proverb. 14, vers. 54, *elevat gentem, miseros autem populos facit peccatum.* (Serarius.)

Laisant de côté les déclamations vagues de Voltaire, qui n'ont point de rapport au livre de Tobie, et dont la réfutation se trouve dans nos notes précédentes, nous observerons ici que le patriarche des incrédules, passant à la mort de Tobie, au lieu de faire remarquer à ses lecteurs la prédiction que fit ce juste de la ruine de Ninive, prédiction qui fut accomplie peu après sa mort, par les armes de Cyaxare; et celle du retour des captifs hébreux; et enfin la promesse d'un roi d'Israël, qui devait être adoré par les rois des nations, événement dont nous sommes témoins, nous dit seulement que quand Tobie mourut de vieillesse, ses enfants l'enterrirent avec joie. Ces derniers mots n'ont pu échapper à la censure du critique, qui ne pensait pas que la mort des serviteurs de Dieu, qui ont rempli une longue carrière, fournit des motifs solides de consola-

IN DÆMONEM ASMODÆUM

Dissertatio.

Cum sæpè adeò in Scripturâ de bonis malisque angelis, eorumque per visum objectâ specie, gestis, prodigiisque mentio recurrat, mirari subit, cur rarus admodum in illâ sermo habeatur de dotibus, viribus, gloriâ, mutua subjectione, agendi potestate, et ratione, quâ illi nobilissimum Creatoris opus, sese cæteris communicant. Quidquid autem eâ de re in sacris libris occurrit, ad hæc potissimum capita revocandum est: esse nimirum bonos malosque spiritus: alteros, quâ semel in creatione donati sunt, gratiâ servatâ, Creatori pariter suo morigeros, destinatâ sibi gloriâ frui; alteros superbâ inflatos, è loco suo dejectos, et in Tartara detrusos, acerbissimas ambitionis suæ pœnas dare; furorẽ suum in miseris mortales exercere, nullamque omittere artem, ut nos eodem unâ supplicio obvolvant. Tandem bonos angelos divinarum beneficiorum munusque ad nos deferendorum ministros esse; dæmones verò divinæ ultionis et justitiæ executores sese exhibere: inter dæmones et angelos aliquam esse politiam, cujus leges ignorantur, quâ alter alteri subditur: agere pariter utrosque in corpora et in spiritus subtiliori quâdam ratione, non mente quidem assequi, nedum verbis explicare valeamus: singulis regnis, imò et singulis hominibus suis esse angelos presides, qui nostris rebus et conservationi consulunt, illud potissimum curantes, ut salutem nobis comparent, modò ne quid obstaculi divinæ à se delatæ gratiæ per nos, perviciacis malo inhaerentes, opponatur.

Sed in his ipsis quæ Deo revelante novimus, quàm multa sanè obscura et tenebris obsita? Angeli et dæmones nunquàm fermè nisi è corpore aliquo efflicti exhibentur. Quæ insuper de illis narratur historiola, parabola verius quàm genuinæ historiæ plerumque esse videntur. Si historiam pellectæ ad crimen Evæ; et Angeli militantis necem asinæ Balaami; dæmonis à una familie dont ils ont été l'exemple, et dont ils feront à jamais la gloire, au lieu que celle de l'impie ne produit que le trouble, l'horreur, la confusion, le désespoir. (Duclot.)

monis Asmodæi, de quo in præsentia: dæmonis Jesum Christum in deserto tentantis, ac tandem Jobi diabolica tentatione probati; si, inquam, eas omnes historias sedulo perpendas, nonne augeri potius scrupulos et dubitationes, quàm expelli ignorantiam sentis? Id egisse Deus videtur, ut angustioribus terminis humanæ curiositati præscriptis, ab eorum cognitione nos revocaret, quæ impudè prorsus ignoratur, ut scilicet omnem mentis aciem rebus majoris momenti, et nostræ utilitatis magis consentaneis, intendamus.

Nec sanè multum in explorandâ angelorum naturâ Judæi olim ante captivitatem studii contulerunt. Nullum etiam ad eam usque ætatem illis impendisse cultum sive legitimum sive superstitionis, illos legimus, qui ne nomina quidem illis tribuere nōrant. Quæ enim deinde collata sunt angelorum nomina, ipsis factitibus, Hebræi inter Chaldæos didicerunt, ac tum primò usurpari cœperunt nomina Michaelis, Gabrielis et Raphaelis; neque prius septem angelos principes solo Dei adstantes nōrant. Neque plus quidquam de malis angelis noverant; nomen enim *Satan*, quod alibi occurrit, non nisi *adversarium* significat; et *Beelzebub* profani numinis nomen est. Apud Isaiam 14, 12, legitur Lucifer, sed sidus est ferens diem; et si dæmon intelligatur, est figurata locutio. Primus omnium sub dæmonis nomine Asmodæus occurrit; quamquàm et dubitandi locus est, utrum peculiare aliquid dæmonis nomen è voce designetur; potest enim Tobie locus 5, 8, reddi, dæmonium *externians*, ubi in Vulgâta habetur, *dæmonium, nomine Asmodæus, occiderat eos.* Fateamur tamen oportet, Vulgatæ sensum proniorem esse, et literæ textûs maximè consentaneum, ut Asmodæus pro singulari dæmonis alicujus nomine usurpetur. Græcus legit: *ἁσμοδαῖος; τὸ πνεῦμα διαβόλιον, Asmodæus malus dæmon.* S. Prosper Asmodæum nequissimum nominat: de Promis. part. 2, cap. 59: « A quâ Asmodæum dæmonium nequissimum expulit. » Hebræus Munsteri: *אסמדת, אסמדת, Asmodæi rex dæmonum.*

Inter varias nominis *Asmodai* etymologias, ea jure meritoque seligenda est quæ vocem derivat ex *Schamad* (1), destruttore, exterminare, perdere, evellere, vastare; quæ sanè ejusdem vocis significationes omnes dæmoni conveniunt, illud potissimum student, ut animas perdat, virtutis et pietatis opera destruat, probra consilia removeat, denique gloriam viresque suas in eo exercenti, ut homines criminibus et scelere implicet, et sus deique omnem mundi œconomiam vertat. S. Joannes in Apocalypsi 9, 11, meminit dæmonis, cui nomen in Hebræo גַּבְדוֹן, *Abaddon*, in Græco Ἀπολλύων, *Appollyon*, in Latino *Exterminans*. Hic ultionem Domini Ægypto intulisse, excusso decemplagarum flagello, creditur; eodemque gladio versante animadversum ferunt in Israelitis, perduellionis et murmuris reos in deserto (2); quemadmodum et ejus gladio exercitum Sennacherib in Palæstina agris deletum 4, Reg. 19, 35. Idem hostes Ecclesiæ in fideles armavit; idem hæreticos et impios, ut pravæ doctrinis fidei sanctitatem corruptant, incitavit, et adhuc incitat.

Cùm verò nomen *Exterminans* æquè omnibus malis angelis commune esse possit, adhuc questioni locus est, quisnam angelus ille malus, qui Saram vexabat, interfectis septem viris ad puellæ thalamum accedentibus. Ἀπολλύων σου τὸν ἀδελφόν, Hebr. פְּגַעֵם דְּאִתְּךָ, Scitum est enim plures esse, nec unius generis, dæmones (3); horum enim alii inter suos imperant, alii serviunt. Sunt qui avaritiæ, qui ebrietati, qui licentiæ, qui gula præsent. His cura est, ut futurorum oracula procedant vendentique; illi tentandis hominibus instant; illi mali hospites hominibus insident. Alii morbos pariunt; idque de illis sentiebant Judæi, ut ex Evangelio intelligimus, morbos ferè omnes dæmonibus accepto ferri debere. Tandem vulgò creditur dæmonum aliquos aerem obsidere, alios deserta loca, alios provincias et regna. Quis ergo dæmon *Asmodæus*, quodve illius munus?

Hebraica editio supra à nobis laudata, *regis dæmonum* titulo illum distinguit; sed inter

(1) In Hiphil, שָׂרַף הַשֵּׁטֶל, Græcè δειπέειν, ἀπολλύειν, ἀφανίζειν, ἔκαυσεν, ἔκαυσεν, etc.

(2) 1 Cor. 10, 10, et Judith 8, 24, 25: *Exterminati sunt ab exterminatore, et à serpenti-bus perierunt.*

(3) Vide, si placet, 1. Cor. 15, 24. *Cùm evacuaverit omnem principatum, et potestatem, et virtutem.* Et Abb. Seren. apud Cassian. Collat. 8, cap. 14, et Serar. ad Tob. 3, quæst. 4. Origen. contra Cels. lib. 8.

malos angelos regis titulus multis communis est. Christum in *Beelzebub principem dæmoniorum ejicere demonia*; Judæi diebant, *Matth. 9, 34, et 12, 24, Marc. 5, 23, Luc. 11, 15.* S. Hieronymus in Habacuc 3, principem dæmonum ex doctrinâ Hebræorum appellat רֶשֶׁף *Resceph*, quæ vox sonat prunas, scintillas, sagittam, quæ omnia cum diabolo, sive agendi celeritas, sive dire in illum à Deo pronuntiatæ post inductam in crimine *Evam* spectentur, optimè congruunt. Eundem dæmonum principem S. Chrysostomus hom. de lapsu primi hom. appellat *Satalem* שָׂטָן, ac si diceretur, qui terga Deo tanquam invisio vertit.

S. Joannes Apoc. 12, 9, pluribus illum nominibus appellat, uti *draconis magni, serpentis antiqui, diaboli, satanæ, qui seducit universum orbem.* Job. 1, 3, et *Matth. 4, 10, Satan* vocatur; quo nomine nihil aptius exprimit gravissimum illius odium adversus homines et veritatem, est enim hostis, adversarius, calumniator; in quam etiam significationem convenit vox Græca, *diabolos*, quæ adversarium iniquum, et sycophantam, et calumniatorem exprimit. illum S. Petrus in 1, Ep. 5, 8, veluti leonem pingit undique pererrantem, ut prædam aliquam nanciscatur. Denique Isai. 14, 12, principi dæmoniorum nomen tribuit *Luciferi*. Sunt qui credant, *Asmodæum principem fuisse dæmonum derivari potest ex Hebræo Esch-Madai, ignis Mediæ; impuras enim flammæ fovebat.* Natus est, aiunt Rabbini, ex connubio *Noemæ, sororis Tubalcaini, cum Simone; idemque est Samael, de quo in Targum in caput 28 Jobi.* Docent denique Talmudistæ *Asmodæum inter dæmones universos principem locum tenere* (1).

Quæ tamen opinio præ caeteris probatur, *Asmodæum libidinis dæmonem facit*: utrum verò rex caeterorum sit, Hebræis asserendum relinquimus, cùm in sacrâ Scripturâ id muneris egisse legatur, quod facillè infimus quisque dæmon obire potuisset. Permissâ enim sibi à Deo potestate, eos qui prociaci animo ad Saræ thalamum accederent, neci trade-

(1) Vide, si lubet, Serar. quæst. 9. *Eliam Levit. in Thibsi; Targum in Job. 28, et in Eccles. 1, 1.*

bat, nihil tamen habebat virium in honestissimam probamque puellam, atque invitus et rei exitum ignorans, felicitati illius, unâ et *Tobiæ*, etiam atque etiam consulebat. Nimirum ambo illi morum similitudine sese invicem flagitabant; quos proinde alto providentiæ suæ consilio respiciens Deus, neminem ad puellæ torum accedere passus est, quam inviolatam lectissimo conjugii servabat.

Hujus necis causam Raphael ipse juniori *Tobiæ* aperuit Tob. 6, 16: *Ostendam tibi, qui sunt, quibus prævalere potest dæmonium. Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se et à suâ mente excludant, et suæ libidini ita vacent, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos.* Nec Sara aliter suspicata est Tob. 3, 19. *Aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan me non fuerunt digni.* Ita planè: indigni erant eo conjugio, quanquàm non ea sola fuit eorum necis ratio, nisi etiam prociacioris libidinis crimen ultionem divinam in ipsos provocasset.

Quod in hæc re negotium fecerere videntur, illud est, quòd *Asmodæus fumo exjecore et corde piscis crematis sublato pulsus fuerit.* Tob. 6, 8. *Cordis particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum sive à viro sive à muliere.* Alibi verò cordi jungitur *jecur*; quemadmodum etiam utrumque in Græco exprimitur. S. Prosper nihil habet nisi de felle, memoriæ, uti credimus, lapsu, par. 3, cap. 29 *Promissis.* Qui enim sive fumus, sive nidus, sive aliud quodcumque corporeum, et è corpore expressum grave esse spiritui poterat? Quanquàm enim procedentes à corpore impressiones, si corporeos sensus tangant, statim horrorem vel voluptatem in animâ excitant, quo sanè horrore et voluptate etiam spiritus à materiâ secretos tangi posse intelligimus; nunquàm tamen reipsâ tanguntur, si omne abfuerit divinum prodigium, quo Deus supremus rerum omnium arbiter velit, ut occasione quarundam corporearum impressionum, quibus corpora, à spiritibus planè secreta, moveantur, similes motus in spiritibus respondeant. Ita in dæmonum impiorumque cruciatibus servari intelligimus, ut scilicet occasione ignis, ubi illi medii versantur, sensus doloris, Deo ita volente, in ipsis excitetur, quemadmodum fieri solet, cùm spiritus, vitali fœdere cum corpore junctus, ejus dolore tangitur. In hunc planè modum dæmones et impiorum

animæ corporeo igne in inferno torqueri creduntur; non enim vorax illud elementum crematis animabus impenditur, sed eo posito, Dei omnipotentis voluntate tam intimo doloris sensu anima tangitur, veluti si corpore induta, igne torrescentibus membris, angere-tur.

Faciliori negotio hanc difficultatem extricabant ethnici, quorum sollemnis erat sententia, dæmones subtili ac tenui quodam corpore, veluti è puriori aethere, constare: rati insuper, eos liquoribus sibi libatis, et nidore carnum sibi crematarum, pasci; ac tandem fumo thuris et aromatum nutrirî, et hausto errore victimarum viribus confirmari. Verùm, ait Porphyrius de abstia. 1, 2, vir sapiens ejusmodi sacrificii plurimum abstinebit, ne dæmones, omnium malorum auctores, ad se alliciat. Una huic cura sedebit, ut animam omni maculâ eluat; neque enim in animam omnis corruptionis expertem nequissimi illi dæmones quandoque possunt. Eandem planè sensisse credimus Chaldaeos, apud quos liber *Tobiæ* scriptis mandatus est; ut et Israelitas, pro quibus auctor huic librum scripsit: utraque enim ea gens dæmonis à materiâ non omnino secretos arbitrata, sensus illis et impressiones, quales nonnisi corpora patiuntur, aptabat. Hæc proinde opinio et populi præjudiciis occupatus *Tobias*, Raphael em alloquens, aiebat, *Saram à dæmonio deperrit, id est, tam cautè blandam elegantemque puellam custodiri, ut neminem ad illam accedere pateretur.* Hic sanè, si aliàs unquàm, valeat illud S. Hieronymi, in Jerem. 28, et in *Matth. 14* et in *Helvid.*: « Multa in Scripturis sanctis dicuntur juxta opinionem illius temporis, et quo gesta referuntur, et non juxta quod rei veritas continebat. » Nequè huic errore veteres Ecclesiæ Patres prorsus deponisse constat, cùm dæmones subtili corpore constare, quod delicatis odoribus cæterisque tenuioribus sensuum functionibus aptum esset, arbitrantur. Origenes tanquàm extra controversiam positum constituit, dæmones liquoribus et crematarum carnum sapore delictari, Origen. contra Cels. lib. 5, pag. 28, et p. 53; interdum simulatâ sanctissimorum hominum ac bonorum angelorum personâ, credulis illudere, impuris cupiditatibus et musicis concentibus tangi; loquere pelli occultâ carminum et herbarum ac sigillorum vi, quæ adversus ipsos ac morbos ab illis partes pharmacum sunt præstantissimum. Hæc

sanè omnia tum vetustate, tum auctoritate, tum numero eorum, quorum suffragio fulciuntur, probatissima sunt; vide Huet. Originian. lib. 2, c. 2, quest. 5; et quamquam alla Ecclesie sententia placuisse videtur, non desunt nostræ quoque ætate viri eruditi, genus quoddam corporis angelis quibuslibet sive bonis sive malis tribuentes. Grotius, in psal. 105, gravissimè queritur de fautoribus Aristotelis, quem ille primum auctorem rerum omnino corporis expertum arbitratur. Si igitur hoc ponatur, nihil planè nos movebit, dum angelis et dæmonibus sive corporea forma, sive potàs et cibi usus, sive inferendi pellendique morbos vis tribuitur; est enim naturæ maximè consentaneum, ut corpus in sensus et corpora agat.

Quæ ratione suam teneant sententiam illi qui nidorem cremati cordis et jecoris naturali virtute dæmonium expulisse aiunt, quin corpora sensusque dæmonio tribuant, non faciliè intelligo. Vide Bart. Faïum in Emergumeno, et P. G. Tholosan. Syntagm. juris lib. 24, c. 22. Quantumvis enī illi philosophico acuminè continentur, nunquam tamen evincunt, eā, quam statuunt inter Asmodæum et hunc nidorem, antipathia id effici potuisse, ut spiritus fumo pelleretur. Cum enim antipathia omnis qualitatū inter se oppositione et repugnantia inducatur; nulla planè esse potest inter ea, quibus nulla ratio communis est, qualia sunt spiritus et corpus: seors non unus vel alter spiritus similitatem exerceat in corpora, sed omnes planè spiritus æquè corpora horrerent, æquè enim omnes corporis expertes sunt.

Si quis verò totam hujus nidoris efficaciam ponat in sensu, quo non spiritus quidem, sed junctum spiritui corpus afficitur, eum nimirum subitâ humorum et sanguinis agitatione præve corporis affectiones, quibus dæmon affligendo corpori utebatur, corriguntur; hic sanè opinionis suæ subscriptores religiosissimos theologos, accuratissimosque philosophos habebit. Profectò si tetra melancholiæ morbo correptus Saül angebatur, poterat sanè David insanentem humorem lyre concentu compescere, sublatoque eorundem humorum bello, instrumenta nocendi diabolo subducere: ex quo illud consequitur, ut musicis modis pulsando vel saltem coercitus fuisse dæmon verissimè dici queat. Idem dico de radicibus, quas Josephus Antiq. lib. 8, c. 2; de Bello lib. 7 c. 43, narrat, vix naribus vexatorum

oblatas, dæmonis vim coercere, ipsunque è corpore hominum pellere: quod presentissimum pharmacum Judæi sese ex Salomone didicisse narrabant. Similem pellendi arceivide dæmones vim habere radices plurimas, herbas, plantas, lapides, et alia legitimus in Serar. in Tob. 8, q. 8, art. 2, 5, 4, etc.; quibus omnibus illud S. Augustini de fumo, quo pelli dæmones creduntur, optimè convenit: « Non quia (dæmones) nidore ac fumo, sicut nonnulli vani opinantur, sed hominum pascuntur erroribus, » de Civit. l. 2, c. 22. Non equidem fumo, herbis, sive lapidibus dæmon pellitur vel coercetur, sed inani hominum superstitione; ut enim pravus ejusmodi opinio in illis foveat firmetque, solet interdum, dæmon illis obtemperare, damno coercitæ malitiæ suæ satis superque reparato superstitione et errore, quem his artibus fovet.

De verbis notisque magicis, uti et de genere quoddam plantarum, aliter planè nobis philosophandum est. Solent enim in his rebus dæmones ultrò sibi legem imponere, ut nihil nisi ad nutum clientulorum agant; in eo siquidem imperii sui impli sævique rationem constituunt: ut nocentibus ad nocendum serviant; illud maximum lucrum sumi rati, si hominibus famulatum in magicis artibus exhibentes, illos sibi etiam atque etiam debevant. Sed hæc omnia nihil planè in rem præsentem faciunt, certò enim constat, nullam in historia Tobiaë et dæmonis magicam superstitionem intercessisse.

Inter duas hæc opinionēs, eam nempe quæ naturali virtute, et eam quæ divinâ pulsum dæmonem constituit, medium iter sibi tenendum Serarius in Tob. 8, qu. 3, arbitratur. Observat ille, aliquid fieri posse sive boni sive mali angeli operatione, sive solo nutu et imperio Dei, nullo angeli vel alterius cujuscumque naturalis agentis ministerio; vel denique ad id præstandum posse angelum sive dæmonem à Deo mitti, qui divinis jussionibus implendis instrumento vel auxilio aliquo naturali utantur; utantur autem sive necessariò, sive spontè, vel instrumentum illud naturâ suâ ad rem producendam aptum sit vel ineptum, vim scilicet agendi ex se habeat necne, an ab alio. His autem constitutis, opinatur Serarius Tob. 6, 8, fumum jecoris vi suâ quâdam naturali pellendo dæmonem angeli; cujus rei argumentum esse ait angeli cum Tobia colloquium, qui humano loquendi more utens, instans jecori piscis virtutem pellendi dæmonis narra-

vit. Nec aliter, quàm quo modo hominis oratio accipi solet, junior Tobias Raphaëls, quem merum hominem arbitrabatur, orationem intellexit; neque aliud volebat idem Tobias, cum de virtute ejusdem jecoris angelum interrogaret Tob. 6, 7, cujus proinde ad mentem eundem angelum respondere par erat. Censet igitur idem auctor Deum, cum mundum crearet, plantis quibusdam virtutem coercendi dæmonem, cujus odium jam tum perspectum in homines habebat, indidisse. Aliquid tamen supra naturam in eodem fumo agnoscit, ex eo quòd angelus inter loquendum Tobiaë revelavit, pulsum semel dæmonem jecoris fumo nunquam deinceps reverti; quod sanè prodigiosum est, et prorsus supra pharmaci naturam. Hujus prodigii in causâ fuisse censet tum junioris Tobiaë continentiam et orandi studium, tum pium duorum conjugum in conjugio ineundum consilium: denique angeli Raphaëls præsentiam non modicè in eam rem contulisse, sibi persuadet.

Totam hanc historiam ad parabolam et rhetoricam allegoriam Grotius ad Tob. 5, 8, et 6, 8, redigere videtur; neque enim dæmonium sive prodigium aliquid in liberatione Saraë agnoscit. Quem Scriptura Asmodæum, septem priorum Saraë virorum interfectorem, nominat is, nihil est Grotio præter noxiam quamdam in corpore ejusdem feminae qualitatem, quæ viri illi correpti interimebantur. Solemne est enim Hebræis, ut morbi omnes et incommoda, quorum latuerint causæ, diabolo deputent; ut suos esse surditatis dæmones, suos silentii, quibus homines et muti et surdi redduntur, crediderint, Luc. 11, 14; Matt. 9, 31, Grot. ad Matt. 4, 24. Epileptici, et ignotis aliis morbis, qui pharmaci contumaces sunt, laborantes, à dæmonibus, ut illi quidem sensebant, angebantur. Id apertissimè in Evangelio habemus. Eo igitur morbo Sara laborabat, cui à se depellendo plurimum contulit tum ejusdem Tobiaë continentia, tum fumus, quo conclave universum, quo lectus, quo cætera omnia purgabantur. Ita Grotius nodum indissolubilem præcidit, unoque calami ductu assertissimam, et omnium, tam Judæorum quàm Christianorum, assensu probatam historiam delet: probatam, inquam, totius Ecclesie Christianæ consensu; neque enim alicujus esse momenti reputanda est quorundam recentiorum interpretum singularis opinio, qui nullo satis firmo argumento de illius veritate dubitârunt.

Qui divinâ virtute pulsum Asmodæum judicant, illi sanè inter se minimè conveniunt. Sunt enim inter quos Lyran. ad c. 6; Munst. ad Tob. 8; Tirin. ad 6, 8, qui censeant, fumum illum nonnisi symbolum quoddam fuisse precum Tobiaë et Saraë, quibus unicò totum valetudinis prodigium tribuendum sit, quemadmodum olim in luto, quo cæci oculos linivit Jesus, accidisse legimus; vix enim lotis in piscinâ Siloë cæci oculis, statim videndi facultas restituta est, non luti sive aquarum, sed Christi virtute, cum lotio nonnisi argumentum fuerit prodigii. Ex eo erat dæmonium genere Asmodæum, qui continentia et oratione pelluntur, quemadmodum dæmones, de quibus in Evangelio, nonnisi oratione et jejuniis eiciebantur. Alii aiunt fumum id solum indicasse, quo temporis articulo pulsum fuerit. Vide lib. de Dæmoniac. part. 3, cap. 48, et Menoch. ad cap. Tob. 6, 8. Malunt alii, Asmodæum unius Raphaëls operâ fuisse depulsum, jecore adhibito ne prodigium sentiretur; ejus enim obtentu angelus latere voluit, ne sese (latere enim Deus angelum volebat donec Tobias regrederetur) Tobiaë proderet. Vales. Philos. sac. cap. 58. Est. ad Tob. 8, 2. Vide, si lubet, Guillel. Paris. de Universo, Carthus. ad Tob. v. 6. Serar. ibid. q. 2. S. Prosper. opinia ad Jesum Christum flectit, piscem mysticum, qui dæmones pellit, nostrisque morbis medetur. Sed mysticum sensum sequi se idem Pater declarat, ut proinde ejus opinio è literalium expositionum sensu expungenda sit. Vide Prosp. de Promiss. p. 2, c. 39. Ite Græcè est piscis, et monogramma Jesu Christi; nec rarò Jesus pisci apud veteres comparatur. Vide Tertull. de Bapt. Hieron. ad Bonos. Oplatum lib. 8. August. de Civit. lib. 18.

Quicumque hanc sententiam de pulso divinâ virtute Asmodæo teneant, his potissimum argumentis fulcuntur: 1^o Magnoperè inter se duo hæc abhorrent, spiritus et fumus: crassus hic, corporeus, et sensibilis; ille pura nudaque mens. 2^o Multum etiam abhorrent inter se morbus et pharmacum: morbi curantur vel admotis corpori contrariæ naturæ medicamentis, vel noxiis humoribus emissionē coercitis, vel rectâ sanguinis et humorum œconomia restituta; id quod non unâ ratione confici potest, sive in humores ipsos agendo, et causâ nocendi illis sublata, sive restituta animæ pristinâ quiete et tranquillitate; ut enim illa quievit, continò quies omnis et tranquillitas sanguinis et humorum restitatur necesse est,

totaque deinde justa corporis habitu restaretur. Denique potest morbus destitutione spirituum iudici, qui unice hęc ratione pellitur, spirituum igniculis excitatis, reparatisque apto nutrimento sanguine et humoribus, nimia effusione erogatis. Nihil simile in re presenti. Uxor junioris Tobie nullo, quantum scimus, corporis vitio laborabat. Id unice præstandum erat, ut dæmon, quo puella obsidebatur, eā illas in lascivos ejus procos sæviens, pelleretur. Porrò neque fumus in dæmonis corpus, utpote quo dæmon carebat, agere poterat; neque in spiritum; quid enim corpus ad spiritum? 3^o Si quid fumus in Sarā valisset, cur in aliis similis rei causā non valeat? Suffitus certè et odoramenta omnia, quæcumque tandem fuerint, nunquam pellerè dæmonem sive è corpore sive è loco vi suā valuerunt. Si in exorcismis quibusdam sulphur et alia acerrimi odoris cremanda præscribuntur, non odorised precibus, quibus eā cæremnia absolvitur, dæmonis expulsio tribuenda est. Vide Dæmoniorum legell. Exorcis. 4 et 6. Quanquam eos ritus unā cum libro censurā inussisse S. R. Ecclesia videtur. Denique si fumus pellerè dæmonem ex se valebat, cur orare et continentiam servare conjuges jussi sunt? Cur Raphael Tobiam admonuit, in eos tantum valere dæmonem, qui sordidas voluptates unice sectantur? Naturalis medicina nullam exigebat recte mentis habitudinem.

Inter tot varias repugnantisque sententias illud nobis statuendum jure meritoque arbitramur; 1^o Fumus jecoris piscis nihil directè et physicè insitū virtute in dæmonem valuisse. 2^o Nihil illum potuisse nisi in sensus Tobie et Saræ, in quibus fortè voluptatis titillationes compeccens, continentie custodiam plurimum juvit: quam sanè vim quibusdam plantis, succinis, et odoribus tribuendam, naturalis historie scriptores omnes nōrunt; Plin. lib. 24, c. 9, de Salice et Amerinā l. 23, c. 15, et l. 26, c. 10, de Nymphæā, et l. 50, c. 15, et 52, c. 4. Oridis, de Remedio amoris, l. 1:

*Nulla recantatas deponunt pectora curas,
Nec fugiet vivo splasure victus amor.*

Factum inde, ut obstructa dæmoni nocendi via, nihil in Tobiam valuerit, neque in illius necem, quemadmodum cæterorum, quidquam virium haberit; ac proinde victus ac pudore suffusus, inde se propripens, in superiorem Ægyptum impis artibus exercendis sese receperit: cum præsertim duorum conjugum in studio castarum precum et vigiliarum per tres

succedentes noctes consensum viderit. 3^o Denique angelus Raphael non minimum victorie de Asmodæo momentum fuit, quippe qui et artem vincendi dæmonis revelavit, et proprium veri Israelitæ conjugii usum docuit, ac tandem eā quæ pollebat virtute, dæmonem victas dare manus coegit. Maximam enim victoriæ partem angelo tribuendam, satis insinuat Scriptura narrans, catenis vincitum Asmodæum in ultimam Ægyptum à Raphaelè ejectum fuisse. Profecit hęc dæmonis captivitas neque fumo jecoris, neque precibus, neque Tobie continentia tribuenda est. Quare tota hujus prodigii ratio tribus partibus constat; revelatione singularis pharmaci, et prorsis extraordinarij; manifestatione veræ causæ necis priorum Saræ virorum, artisque quæ dæmonis nequitia deinceps eluderetur, et ope à Raphaelè præstita, ut dæmon à Tobid arceretur, atque in perpetuum eliminaretur.

Reliquum est disquiramus relegationis Asmodæi modum, causam et locum; rem enim tantummodò narrans Scriptura cætera silet, Tob. 8, 5: *Tunc Raphael apprehendit dæmonium, et reliquit illud in deserto superioris Ægypti.* Hebræus legit, Asmodæum vix indore jecoris tactum, in superiorem Ægyptum sese proripuisse, catenis ab angelo vincitum, Græcus addit: quòd verò idem angelus dæmonem apprehenderit, in neutro quidem, sed in Vulgatā legimus. Innuvit autem eadem Vulgatā angelum id in ædibus Raquelis præstitisse, devinctumque veluti ad carcerem in deserta Thebaidis deduxisse. Ut ut res habuerit sese, illud constat, hujus historie narrationem alio sensu accipiendam esse, quam quæ mera nudaque littera significat. Qui enim fieri poterat, ut dæmon vinciretur, vel certo alicui loco ad diceretur, caperetur, ac veluti captivus detrunderetur in carcerem? Verbum igitur *alligare* in re presenti eodem sensu usurpandum est, quo et alibi sæpè in sacra Scripturā, ubi fisdem ferè verbis de caecodæmone agitur. Ita Jesus Christus nunquam è domo viri fortis diripi arma, et vastari ædes posse dicit, nisi quis prius, ait Matt. 12, 29, Marc. 3, 27, *alligavit fortem*; et Apocalypsi 20, 2: *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanus, et ligavit eum per annos mille.* S. Petrus 2, ep. 2, 4, de lapsu angelorum perduellium ait: *Radentibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.* S. Judas v. 6, de angelis; *qui non servaverunt suum principatum, scribit: In judi-*

cium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservari. Has omnes locutiones aliter planè intelligimus opus est, quàm de verà alligatione, quæ veris catenis vinciti dæmones detineantur, cum potius vim quamdam superiorem significent, cujus potestate impius dæmonum furor coercetur, ipsique inviti in cruciatibus detinentur.

S. Augustinus de Civit. l. 20 cap. 7, totam hanc vincendi dæmonis rationem ita exponit: *Alligatio diaboli est, non permitti exercere totam tentationem, quam potest, vel vi, vel dolo, ad seducendos homines.* Detinetur modò vinculis alligatus in inferno diabolus, cum exercere vires suas fallendis hominibus, nimum superstitutione, revelato universis hominibus Jesu Christo, prohibeatur. Hunc fortem Christum alligavit, arcem illius expugnavit, arma diripuit, et spolia divisit. Raphael de Asmodæo, quasi de hoste superato, absolutè decernit, eumque veluti in vinculis captivum, in extremam ignotamque oram relegat. Jubet enim de mandato Domini loco cedere, ablatamque illi significat concessam antea sciendi in procos Saræ facultatem. Hæc omnia unā eā voculā, *religavit*, designantur. Cum enim dæmon nihil injussu Domini valeat, eo facultatem revocante, veluti alligatur. Scitè pseudo-Augustinus serm. 197, de Temp. nunc 37, append. nov. edit. illum cani vincito comparat: *Alligatus est, tanquam in nexu catenis canis: neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi moriferā securitate conjunxerit... Latrare potest, sollicitare potest, mordere non potest, nisi volentem.*

Verum quoniam fieri potest, ut dæmon uno loco addictus teneatur? Nonne æquè repugnat, sive spiritum uno in loco claudi, sive vinculis coerceri? quorum utrumque à naturā intellectuali penitus abhorret. Respondemus tamen, utrumque nullo negotio fieri posse: ut enim dæmon alligatus dicitur, cum ejus nocendi potentia certis quibusdam finibus Deo jubente concluditur; ita pariter idem spiritus uno in loco teneri dicitur, cum Dei jussu nihil agere nisi certo in loco, rebus, et personis sinitur. Quare cum Asmodæus antea nisi Saræ alligatus detineretur, ut nihil posset, nisi in eos, qui pravā animi habitudine ad puellam accederent; in deserta superioris Ægypti pulsus est, non ut ibi veluti in carcere clauderetur, sed ut eum locum veluti theatrum exercendæ virtutis suæ haberet, seu

potius ut ibi deserto inculcoque in loco nōmini noxius moraretur. Igitur clausus in loco dæmon nihil est aliud, quàm dæmon, cui intra certum loci spatium agendi potestas sit. Dæmon, à quo Deus tentari aliquem sinit, is eo in loco clausus, ubi ille degit, rectissime dicitur.

Qui malis spiritibus ita imperet, ut ad arbitrium supremoque jure illos certis locis et temporum articulis addicere possit, finibus eorum nequitie præstitutis et ne ulterius nocent inibere, unus est Deus. Fatemur tamen Angelos interdum et homines eadem potestate usos esse, ut dæmones certo in loco relegent, eorumque furorem frangerent: sed nemo unquam sive homo sive angelus id propriā virtute gessit, uno tantum Dei nomine pollens. Eo nomine munitus Raphael Asmodæum, eo S. Michael Satanam, corpus Moysi rapere conantem, coercuit: *Impet tibi Dominus, Jude Ep. v. 9.* Denique si SS. martyres, confessores, et exorcistæ nostrā ætate coercere dæmonem possunt, id unice virtuti et nomini Jesu Christi tribuendum est.

Alia verò est de magis, qui dæmonibus sese imperare gloriantur, ratio. Si quid enim illi verè asserunt, cum alligatos gestari à se dæmones in annulis, in cubiulis, alisque locis habere ferunt; non illi quidem divini nominis, sive invito Deo propriā virtute agere credendi sunt; sed sive inani fictitiæque potestate in dæmones utuntur, sive Deus latenti, ter ibili tamen, providentiæ suæ consilio permittit ut infelices illi, qui ab obsequiis Dei recesserunt, detestabili servitute malis angelis pareant, specie quādam auctoritatis decepti, quæ sese in dæmones frui arbitrantur; cum interim specie imperii indignā et impiā servitute opprimantur. Probabiliter etiam consensum, dæmonum principem quodam imperii genere in suos utentem, subditos sibi spiritus cogere, ut magorum, qui dæmoni se totos addixerunt, voluntati obsequantur. Ut ut res habeat sese, tamen tum rectè rationis sensu, tum religione ipsa docemur, neque principes dæmonum, neque subiectos illis dæmones, neque tandem magos absolutam auctoritatem exercere; tota enim dæmonis virtus et actio ad nutum summi spirituum principis est qui infinitā potestate et sapientiā ipsos tætur ac moderatur.

Ejecto dæmoni superior Ægyptus, arena planè, sterilis, arenosa, inculta et incolis,

penè vacua regio, destinata est. Cùm enim Ægypti solum nullo imbri irrigetur (vide Herodot. lib. 2, Diodor. l. 2, Ptolem. Strab. etc.) atque exundantis Nili aqua, ne superiorem regionem fecundent, aggere montium et soli altitudine prohibeantur, arcescere illam, et squalere necesse est. Quin et anguibus venenatisque belluis totam teneri, S. Hieronymus in Ezech. 50 censuit. Profectò horrentia illa et deserta loca in oblivione et horrore semper mansissent, nisi sanctissimorum eremicolarum frequentia celebrarentur; quorum religione et virtute factum est, ut quæ regio olim horrori habebatur, deinde tanquam delicarum paradisi et terra selecta, ubi insignium virtutum exempla virescerent, susciperetur. Quare daemon ab universo, quâ latè patet, orbe crucis virtute exclusus, cùm ad extrema ea loca confugiens tutum sese crederet, inde etiam virtute et austeritate veterum eremicularum secedere coactus est. In hanc arenam descendentes, Aitonius, Pacomius, Macarius, Paphnutius, ceterique plures, sæpius cum dæmone congressi, de hoste, quamquam furente, feroci, traditque sibi loci strenuo defensore, insignes frequentesque victorias retulerunt.

Quandiu victus Asmodeus in Ægypto fuerit, Scriptura quidem non docet; suspicandi tamen locus est, omni vite Tobiae et Sarae tempore exulem mansisse, cum capite ejus libri 6, v. 8, legamus, dæmonem semel eâ arte, quæ ibi narratur, expulsum, nunquam ad illos reverti potuisse: *Ita ut ultra non accedat ad eos.* Utrum verò eo tempore elapso denegata prius facultas nocendi iterum dæmoni concessa sit, altum est providentiæ arcana, ejus consilium scrutari nemini licet. Animadvertere juvat, Jesum Christum Math. 12, 43, innere vulgatum fuisse Judæorum persuasionem, dæmonem ex hominibus, quos obsidet, pulsum, in loca fugere squalentia et deserta, donec aptum nactus rei tempus,

pristinum hominis contubernium repetat. Ita pulsus è Saule daemon per intervalla redibat. Septuaginta locum Isaie 43, 21, reddentes aiunt Babylone in solitudinem ab hostibus redactâ, habituras ibi domicilium sirenes et centauros, choreasque ibidem dæmones esse ducturos.

Mira quædam narrantur (vide *Voyage du Levant de Paul Lucas*, t. 1 cap. 9 et 14) de angue, in specu superioris Ægypti versante, quæ sanè naturæ vires superare facilè quilibet suspicetur. Latet hic in antro montis è regione urbis Saatae, centum circiter leucis ultra Cairum, ad ripam occidentalem Nili. Nemini nocet, sed cuivis se palpanum, quin et occidendum atque in frusta secandum præbet: quibus frustis in dissitas plurium dierum itinere regiones translatis, tamen occisus reviviscit, atque in charo sibi specu à quærentibus invenitur. Animi sensu præditum crederes; obvis enim quibusdam procurrit, longisque spiris complectitur; aliorum conspectum evitat, ac statim fugit. Tandem si vera sunt, quæ de hoc angue narrantur, prodigiosum aliquid in illo agnoscere cogimur. Sunt qui ipsam Asmodeam in superiori Ægypto religatum esse arbitrentur. Sed optandum est, ut certum tempus indicetur, ex quo in eâ regione anguis apparuit, de quo altum est apud veteres silentium. An fabella est, decipiendis credulis, fallendoque otiosorum temporum procusa? Docent Rabbinii Salomonem è solio suo pulsum, agente Asmodeo dæmone; vicissim tamen reversum Salomonem in suam ditionem abegisse Asmodeam, quin et catenis vinctum coegisse ut artem doceret lapidum sine strepitu explodendum. Bartolocci Bibliot. Rabbiniè tom. 4, pag. 490, 491. Dæmonem Sachra Olmarid appellatum catenis vinctum à Salomone, et monti Bared alligatum, recepta apud Arabes Mahometanos opinio tenet, ait Golius in suis annotationibus in Abulfaragium. (CALMET.)

VARIE QUÆSTIUNCULÆ

QUÆ IN LIBRO TOBIÆ PASSIM OCCURRUNT.

QUÆSTIUNCULA PRIMA.

AN JOB SIT JOBAB, DE QUO GENESIS CAP. 36, VERS. 35, ET 1 PARALIP. CAP. 1.

(Tobia cap. 2, vers. 12, 13.)

An Job sit Jobab, tres sunt opiniones. Prima Rabbi Salomonis in Numerorum caput 14, non esse, sed ipsum Job Chananeum fuisse, qui, promissionis terram ingredientibus Israelitarum exploratoribus, è vitâ excesserit. Altera similiter Jobabum eum negat. Sed aliam ob causam, quòd ex Abrahami fratre Nachor propagatus sit, non autem ex Esau, è quo satus Jobab, Genesis 36. Nachoris enim primogenitus fuit Huz, Genesis 22, vers. 21, et *tir erat in terrâ Huz, nomine Job*, ut ipsius libri càm proemium. Atque hanc opinionem tradidit Scholastica Historia, et ante ipsam olim Philippus presbyter Commentariis in Job, Divus Hieronymus Traditionibus in Genesis, et Commentariis ille in Job cap. 1 et 32, qui in ipsius tomis est. Tertia eundem Job et Jobab affirmat, et, ut mihi quidem videtur, non paulò credibilis. Primò quia 70 Interpretes, post Hebraicum libri Job finem, addiderunt: *Ἰπρωτῆρα δὲ αὐτῶν ὄνομα Ἰὸβᾶβ.* Et: *Ἦν δὲ αὐτῶν πατὴρ μὲν Ζαφὸς ἐκ τῶν Ἠσῶν βῆν, πατὴρ δὲ Βασῆβ; ὄνομα δὲ αὐτῶν πατρῶν ἀπὸ τοῦ Ἀβραάμ.* Rursumque: *Μετά τὸν Βαλακ ὁ καθόμιος; ἰσὶ.* Quod meridianum hisce jubar clarius? Hi verò Septuaginta, si nihil aliud, certè tamen vetustissimi sunt, et Israelitarum rerum callentissimi. Et licet nudam tantum vel historicorum, vel paraphratarum auctoritatem haberent, quantum tamen hoc eorum testimonium? Suffragatur præterea posterior Græcus interpres Theodosio, et plurimi gravissimique scriptores, Divus Chrysostomus in Catena in Job; S. Epiphanius l. 1; Severus Sulpitius in Historia; Eusebius in Chronicis; Ambrosianus Commentarius in Romanam; D. Augustinus lib. 18 Civit. cap. 47, apud aliquem in Genes. quæst. 121, pro, *Jobab, cui successit in regno Balac, correptè legendum, qui successit:* Origenes in Job; Glycas in Annalibus; Codrenus in Historia; Abulensis in proemio Bibl. cap. 7, in Genes. 22 et 36, Exodi 2, quæst. 8. Tanque

apud veteres contrita et declamata fuit hæc sententia, ut eam etiam apud Eusebium l. 9 Præparationis, asseverant Aristes et Polyhistor antea citatus Alexander. Tertio, Jobi hoc regnum vel hinc stabilitur, quòd et neque illa, quæ objecta est, terra Hus, neque aliud quidquam adversetur. Licet enim fuerit Nachoris filius Hus, ab alio tamen potuit Jobi terra nomen accipere. Fuit enim et in Esau stirpe quidam Hus Genes. 36, vers. 27, 1 Paralip. 1, vers. 42, rursusque alius vers. 47, licet in Græcis horum nomen, uti et priorum sapè aliorum, non una scripto *ὄ,* *ὄ,* *ὄ.* Hanc sanè Jobi terram, in Idumææ partibus fuisse, iidem testantur 70, et, loco citato, Aristes. Jobi etiam sepulcrum non in Mesopotamiâ, sed in Palestiniâ Idumææque finibus adhuc hodè visitur, inquit loco citato Abulensis. Alia verò, quæ adversari quis putaret, huc potius regno patrocinantur.

QUÆSTIUNCULA II.

QUÆ JOBI REGNUM OPPUGNENT, NEQUE TAMEN EXPUGNENT?

Si rex fuit Job, cur ejus nullam in Scripturâ usquam regnum, sceptrum, nomen est? Quomodò tam repente ad tantam inopiam et pauperatè detruditur, ut in sterquilino se deat, et quidem, ut Græci habent, extra urbem et sub dio? Non ipse urbis illius erat dominus? nullos in eâ propinquos, amicos, subditos, servos habebat? Nullius omninò tecto recipi, nullius misericordiâ et benignitate juvari potuit? Vix in ullo etiam Dionysio et impertinissimo tyranno tantam ullibi opis auxilique humani solitudinem legimus. Movet enim plurimum homines repentina eorum, qui regiam paulò ante majestatem obtinebant, calamitas. Vix tam durus quisquam, qui eorum misericordiam non capiat. Quântò minis ita subito tam ab omnibus deserti Job potuisset, qui summâ semper in omnes benevolentia beneficiâque fuisse? *Oculus, ait, cap. 29, fui cæcus, et pes claudus. Pater eram pauperum, et causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam,* et alia ibidem plura. Quid reges amici non potuerant amici regis nunc affi-